



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Illustrissimo Metropolitanæ Divi Iacobi Ecclesiæ Capitvlo. Antonivs De
Escobar & Mendoza Societatis Iesv æternam felicitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



Illustrissimo Metropolitanæ

DIVI IACOBI ECCLESIAE CAPITVLO.

ANTONIUS DE ESCOBAR
& Mendoza Societatis IESV
æternam felicitatem.

SECVNDVM Ierosolymæ fundamen-
tum, CAPITVLVM AMPLISSIMVM,
est Sapphirus, (Apoç. 21. v. 20.)
gemma admodum speciosa, cuius
color cœlum refert, cum est sere-
num. Exo. 24. v. 10. *Quasi opus lapidis Sapphi-
rini, & quasi cœlum cum serenum est.* D. Iacobo
Patres huius fundamenti symbolum accom-
modant

ELSCOB
Theol: M
Tom: VII
E. IV

*Cuncta hec
ex prime
notis Au-
ctoribus.*

modant, cum sit secundus post Petrum nomi-
natus Apostolus. Si autem (Plinio Auctore)
Sapphirus aureis punctis collucet, ea sunt egregia
D. Iacobi præconia aurea profecto. Fuit enim
ex quinque Canonicis Scriptoribus vnus. Ex
quatuor primò electis vnus, & speciali promif-
sione donatis. Vnus è tribus ad peculiaria Chri-
sti Domini sociis, nempe ad Transfigurationis
mysterium, ad suscitationem filia Iairi, ad Geth-
semani nouissimam orationem, electis. Vnus
è duobus Apostolici Collegij virginibus. Vnus
è filiis tonitruui fulgur prædicationis, belli fulmen.
At parum mihi, vnum esse ex illis, quem pri-
mum in cunctis aliter recognosco. Primus nam-
que fuit Apostolus à D. Petro sacra vnda dilu-
tus. Primus Ecclesiæ inunctus Prælul. Primus,
qui Diaconos, Presbyteros, & Episcopos sacris
Ordinibus initiauit. Primus Canonica legis
Auctor. Primus qui Ecclesiæ nomen Deiparae
esse Mariam: ex Spiritu Sancto concepisse, vir-
ginitate æternum seruata. Primus, qui Gentiles
Euangelium docuit. Primus vtique Hispania-
rum Apostolus. Primus, qui in lege Evangelica
Templum Cæsaraugustæ extruxit Deiparae sa-
cratum. Primus, qui sacrarum imaginum cul-
tum induxit. Primus denique, qui Deiparae
glorias prædicauit, eiusque sine labe Conceptio-
nem asseruit.

Plinius præterea asserit, sapphirum haud pel-
lucidum

lucidum esse, sed densum, & opacum *Optimè*
(ait) *sapphiri apud Medos: nusquam tamen pel-*
lucida; ita ut cœlum sit uti in nocte conspicitur.
An non hinc Apostoli sepulchrum contemplari
licet, cuius fulgorem Deus ineffabili prouidentia
inter densas tenebras offudit, ut fideli ciuium
pateret affectui, visui autem denegaret? Quare
precor? Opportunè respondet Ecclesia,

Tu bella nos cum cingerent,

Es visus ipso in prælio

Equoque, & ense acerrimus

Mauros furentes sternere.

Frequentissimæ sunt bellicæ D. Iacobi expeditiones. Iam enim Magno Carolo apparet. Iam apud Simancas Regi Ramiro auxiliator accurrit. Iam Comiti Fernando Gonzalez in certamine de Piedrahita fauorem impendit. Iam Regi Ferdinando iuxta Compostellam se ostendit. Iam Roderico de Viuar in Castella & Valentia dimicanti auxiliatur. Iam Regi Alfonso septimo apud Baëzam commilitonem variis tradit in Urbibus. Iam apud Nauas de Tolosa Regem Alfonso victorem adstruit. Iam in Hispalensis Urbis expugnatione Regi Ferdinando expedit protectionem. Iam Petro Aragônia Regi in Hoscæ certamine se Ducem addicit. Iam Guindifaluo de Cordoua, qui Magni Ducis cognomen egregiis facinoribus acquisiuit in Neapolitano bello protector adstat. Iam Ferdinando
ã 2 Cortesio

ELSCOB
Theol: M
Tom: VII.
E. IV
O

Cortefio ſæpe fauet in Mexico: in Peruano Regno
Ferdinando Pizarro. Habacuc cecinit c. 3. v. 8. *Qui
aſcendis ſuper equos tuos, Deus namq; veteri in lege
Dominus exercituum paſſim appellatur. Ad quæ quæ-
rit Rupertus: cur in noua nunquã Deus Dominus
exercituum vocitetur? & pulchrè reſpõdet. Non enim
opus eſt, vt Deus conſcendat equum in ſalutem populi
ſui, qualiter apud Habacuc Prophetã reperitur, ſuffi-
cit, ſi fidelem Miniſtrum in equo mittat.* Equum Deus
D. Iacobo fideliffimo Miniſtro niueum aptauit, vt
fidelium exercitibus Hiſpanorum auxilium impen-
deret, Dei; vicarius cunctos Fidei hoſtes debella-
ret. Cum igitur tot quotidie ſint D. Iacobi expedi-
tiones, ne ex Apoſtolici corporis ſacerrimi abſentia
ciues nimum ſauciarentur, diſpoſuit Deus, vt eorum
oculis ſapphiricum ſepulchrum non pateſceret.

Enim verò ſi Abulenſi credendũ, *Sapphirus gem-
ma eſt cærulea, & habet in medio ſtellam refulgentẽ.*
En ſepulchrũ Apoſtoli, & illuſtriſſimæ Metro-
politane eius Eccleſiæ ſtemma præclariffimũ. Super
ſacerrimũ ſepulchrũ ſtella clariffima rutilat Com-
poſtellane Eccleſiæ gloriam referens. Periander de
fortunatiſſimo Principe cecinit: *Ortus eſt Liſippus
cum felicitatis ſtella,* (vt vtat vulgari idiomate, *Na-
cio Liſippo con Eſtrella.* In natalitio tuo ô Eccleſia
Compoſtellana illuſtriſſ. *orta eſt tibi ſtella ex Iacob,*
Num. 24. v. 11. quæ te omnimoda felicitate dona-
uit. Nam vt verè Iacobi filia fores, te in ſapphirum
verè cõuertit. D. Hieronymus aſſerit, Hebraicũ
ſapphir ſonare pulchrũ eſſe. Quidnã poteſt Te pul-
chrius

chrius excogitari tot regaliū priuilegiōrū, tot Di-
gnitatū ornata fulgoribus? Quod si illud *sapphir* à
radice ¹⁹⁰ significat *numerū*: tam exundantem elo-
giōrū tuorū numerū annoto, vt innumerabilia esse
conspiciam. Porro Pierius lib. 4 i. profatur. *Sapphi-
rus apud veteres magna semper in ueneratione fuit,
siquidem per eum Imperium, & summum sacerdotiū
significari manifestū est. An non Tibi ô ILLVSTRIS-
CAPITVLVM aptetur Imperium, cuius Metro-
poli præter Gallecię Episcopatus, Zamorensis, Sal-
manticensis, Mirobrigensis, Asturicensis, Abulen-
sis, Cauritensis, Placensis, Paxiuliensis, Ouetensis,
ac Legionensis submittuntur? An nō in Te summi
Præsulatus imaginem agnoscam, tot Te Cardina-
libus stipatū aspiciens, tot Te Magistrorū, Concio-
natorū egregiorum, Archiepiscoporum, Episco-
porum patrem agnoscens? Consonans Elianus lib.
14. c. 34. fatur, *Sacerdotes apud Ægyptios fuisse Iu-
dices, & Magistratus, & summū eorum sacerdotem
collo appensam ostentare sapphiri imaginem, quę
appellabatur Veritas. Vnde illustrissimum, ac excel-
lentissimū Tuum Archiepiscopū cōtemplor D. Ia-
cobi imaginem collo gestātem, cuius ope Fidei ve-
ritas cōtra hereticos ac Mauros in Hispania trium-
phat. Deniq; Rueus inquit, sapphirū supremā olim
gratiā habuisse ipsa perhibet antiquitas. Hinc mei
libelli auspicor felicitatem, dum tui sapphiri ambio
protectionem. Tantò enim munimine apud
cunctos homines non solum incolumitatem, sed &
gratiam sortiturum spero. Vale, & æternum viue.**

Facultas